quoue inclinaturae sit tanta moles gloriae ac amplitudinis, experiri
desipiunt. Ita porro affecti sunt itaque sentiunt omnes penes quam partem
decus gloriae, victoriae certaminis ac contentionis fuerit. Tandem vero
invictissime Imperatorum quaerendum est, si te ex foedere cum Suecis perditissi-
morum ~~hominum~~ praedonibus totius imperii te coniunges, quidnam de existima-
tione tua, quid de exitu belli Germanos omnes iudicaturos exi-
stimas, quae iudicia de te, quos sermones de te spargent, an cessurum
repente Romanum Imperatorem? num mollius aut segnius persecuturum? aut
cunctatius? nunc demum novi Imperatoris se victus, quae de illo depraedicatum
proferet iam invictus superiorum ignominiae, multo quam ante fortior
ac terribilior quam praedecessores surget, nunc demum ulciscetur sese, nec
prius desistet quam ruptum decus suum regno totius Germaniae
hostium immanissimorum cruore diluerit, ~~ne~~ nomenque Suecicum tota Germa-
nia everterit eruerit atque eradicaverit denique et extinxerit. Tales
de te ~~hominum~~ sensus, haec cogitatio, hi sermones de te sparguntur
neque aliter ego vel ipsos hostes suspicari existimo, nec obscure coniectu-
rari licet eoque facto declarant, quod ad te supplices pacem petendam ~~ti~~-
causa legatos miserint. Tu igitur Imperator invictissime nomen
tuum, dignitatem tuam, Maiestatem tuam minui labe sines? insani